

Cosson, Pierre - candidat / Disdier, François-Michel - président. - [De fracturis in genere & speciatim de maxillae inferioris fracturâ]

1759.

Paris : Typis P. AL. Le Prieur, Collegii & Acad. Reg.

Chirurgorum Typographi, viâ San-Jacobaeâ, sub signo Olivae.

Cote : ms 2342, n°68



D. O. M.
T H E S E S
MICHAEL DISDIER, Annus 1777
ANATOMICO - CHIRURGICÆ.

I




NULLI non humani corporis parti gravioris aliquid incommodi pertimescendum norunt, imò & experiuntur omnes quotquot existunt. Alii aliam sedem impugnant affectus vel rariores vel frequentiores. In posteriorum classem veniunt morbi ex quibus oritur continuitatis in ossibus solutio. Quo magis autem vitæ munis necessaria judicatur pars læsa, eo quoque promptius efflagitat remedium. Omnes & singulas ossium fracturas vel leviter perstringere opus fit ut arduum nimis, sic & proposito nostro parùm congruens. Itaque, præmissis quæcumque spectant fracturas in genere, iis duntaxat insistemus quæ ad maxillam inferiorem fractam pertinent

I. I.

FRACTURAM non immeritò vocant continui in osse solutionem à quâcumque causâ externâ & contundente productam.

A



I I I.

CUM autem multiplicis sit generis fractura, operæ pretium est species ipsius ac differentias recognoscere. Desumuntur ex harum-ce fracturarum essentiâ, ex osse fracturam passo, ex solutionis figurâ, ex partium læsarum amotione & tandem ex accidentibus.

I V.

EXTERNÆ sunt fracturarum causæ. Internæ verò quando extant, quasi prædisponentes habentur.

V.

HAUD sanè perito difficilis fracturarum Diagnossis, quippè quæ ex visû, tactû, crepitatione & accidentibus ut purimum deducitur. Signa autem prognostica, exploratis semel differentiis æquè facile est eruere.

V I.

VALENT ars & natura in obtinendâ fracturarum curatione. Modò hæc, modò illa efficacior. Sæpissimè sibi mutuò auxiliantur.

V I I.

MAXILLA inferior, secunda faciei pars, cum ossibus temporum firmiter, & tamen facillimo cum motu connexa, suos habet, ut cæteræ corporis partes, morbos. Potissimum autem fracturæ est obnoxia. Quo labis genere affectam intuituri, antequàm descendamus ad methodum in curatione observandam, nihil non præstabimus ut propositis circa anatomicam partis illius structuram quæstionibus faciamus satis.

V I I I.

VARIA potest esse maxillæ inferioris fractura ab iisdem ac reliquorum ossium fracturæ, causis profecta. Quod attinet sive ad Diagnosim sive ad prognosim, ex supra dictis constat quomodo utraque deducenda sit.

U T ritè ac feliciter institui possit maxillæ inferioris fractæ curatio, plurima requiruntur tum ex parte naturæ, tum ex artis subsidio.

X.

Ex parte quidem naturæ requiritur ut succus osseus quo partes prius disjunctæ adunari debent, sit bonæ indolis. Unde mira existit ad medelam facilitas.

X I.

Ex artis subsidio tria potissimum ad optatos exitus perducunt. Primum ut eadem partes apprimè ac solerter approximentur, quod obtinetur mediantibus extensione, contra-extensione & repositione. Secundum ut in statu naturali repositæ firmiter contineantur per fitum & apparatus. Tertium denique ut præcaveantur futura accidentia mediis generalibus ac victus agendi ratione, & debellantur præsentia pro re natâ & secundum artis regulas.

Has Positiones, DEO JUVANTE, & Præside M. FRANCISCO-MICHAELE DISDIER, Artium Liberalium & Chirurgiæ Magistro, tueri conabitur *PETRUS COSSON*, Burdigalensis, in *Almâ Universitate Parisiensi Artium Liberalium Magister*, & *Chirurgus Regis ordinarius*.

P A R I S I I S.

IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS;

Die Veneris 7^a Septembris à sesqui-secundâ post meridiem ad septimam.
anno R. S. 1759.

PRO ACTU PUBLICO
ET SOLEMNI COOPTATIONE.

Typis P. AL. LE PRIEUR, Collegii & Acad. Reg. Chirurg. Typographi,
viâ San-Jacobæâ, sub signo Olivæ. 1759.

.X.

.IX

21121A9